# Nobilitas Osviecimensis promittit et fidejubet pro Venceslao duce suo de praestando homagio Vladislao Regi Hungariae et Poloniae et Regno.

Nos Nicolaus de Rudze, Joannes de Fridrychowicze capitaneus Osviecimensis, Georgius de Malcz, Dobeslaus Pacossius et Sulko fratres de Brzeznicza, Leszko de Gindrychów, Czema de Grodziecz, Michaël de Laskowa, Nicolaus Stupski de Cletcze, Laurentius Danowiecz de Tomicze, Petrus clara de Glambowicze, Nicolaus et Iszak fratres de Jawiszowicze, Nicolaus Schassewski de Geraltowicze, Nicolaus et Michaël fratres de Brzeznicza, Bierko Obstachi et Marcus fratres de Grodziecz, Nicolaus de Poramba, Jacobus de Palczowicze, Joannes Ostrowski de Polanka, Clozman de Almwald, Joannes et Stachnik fratres de Weprz, Adam de Radocza, Johannes Stryecz de Radocza, Joannes de Berwald, Niczko de Nidek, Jan de Czanecz, Conradus de Gracoszczycz, Joannes Smolicki de Smolicze, Joannes Kropowicz de Raysko, omnesque et singuli Terrigenae ducatus Osviecimensis tenore praesentium universis praesentibus et futuris recognoscimus. Quod pro praeclaro Principe domino duce Venceslao Osviecimensi gratiosissimo nostro domino et Serenissimo Principi

cipi

ipsi et domino domino Vladislao Dei gratia Hungariae, Poloniae, Dalmaciae, Croaciae etc. regi, necnon supremo principi Lithvaniae et haeredi Russiae domino nostro gratiosissimo et ejus Coronae Poloniae promittimus sub puris fide et honore, et fidejubemus, quod inter seriem suarum literarum desuper confectarum homagium fidelitatis et servitutis sempiternum ipsi domino regi et ejus coronae Poloniae facere debebit irrecusè et improtractè omnesq et singulos articulos idem dominus dux noster praedictus literis suis et inscriptionibus desuper aliàs domino Regi et ejus coronae memoratae datis et concessis pro grato et rato tenebit curiam et in aevum. Similiterq pro praeclaris Principibus Premislao et Joanne germanis dicti domini Ducis Venceslai, aut altero eorum, qui sortem ducatus Osvieciminensis cum ipso domino duce seniore arripuerit et habuerit promittimus et fidejubemus, quod dumcunq pervenerit ad annos discretionis, extunc equanimiter homagium fidelitatis et servitutis sempiternum domino Regi et ejus Coronae Poloniae facere debebit aut alter eorum, ut praemissum est facere debebit confidenter omniaq per ipsum dominum ducem Venceslaum praefatum facta, gesta, et ordinata juxta contenta literarum desuper confectarum

tenere

tenere et servare debebunt pro rato et grato æ=
viternè suisquè literis faciat roborare et com=
munire, secus si ipse dominus dux prædictus
fratres ejus juniores aut alter eorum ut est
præmissum fecerit, aut quoquomodo facere
renuerit, extunc per amplius sub eisdem nris
fide et honore promittimus et pollicemur,
quod ipsius domini Regis et ejus coronæ Po-
loniæ sempiterni homagiales et veri subditi
fore debebimus, et nusquam verbo facto, aut
opere contravenire, sin autem secus fecerimus,
extunc nos dominus rex et ejus corona Polo-
niæ recipere posse habebunt velut veras suas
terrigenas subditas et læsores regiæ majesta=
tis, ad quod se præsentibus submittimus.
Ipse autem dominus rex et ejus Corona Po-
loniæ dictos dominos duces dominos no=
stros gratiosos, et nos cum nris singulis
Incolis et subditis villarum, dominiorum
et subditorum circa ipsorum et nra jura, li-
bertates et Privilegia inconcusse servare de-
bebunt æviternè et suis literis confirmare.
In cujus rei testimonium sigilla nra præ=
sentibus sunt subappensa. Actum et datum
in Zator Dominica proxima post Epiphaniã
Domini sub anno ejusdem millesimo qua-
dringentesimo quadragesimo primo. Da=
tum per manus generosi Nicolai de Mi-
eskowicze Ducatus Osviecimensis Cancellarii.

Ta

Ta Kopia iest przepisana z oryginału parga=
minowego, u ktorego pieczęci na zawias=
kach pargaminowych iest zawieszonych 34.
d. 25. Julii 1785.